

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

rumpitur. Quia vivificabitur & resurget ἀφθαρτος, 1. Cor. 15. Nec quicquam nocere poterit haec φθοη, quam hic cogimur experiri. Sic enim peccatum una corrumpit ecclesie est, &c.

## F I N I S.

## THEM A XLIV.

Rom. 8. v. 14.

*Quicunque spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei.* Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba pater. Idem spiritus testatur una cum spiritu nostro, quod sumus filii Dei. *Quod si filii igitur & heredes.* Heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. *Siquidem* cum illo patimur, ut una cum illo glorificemur.

## D I S P O S I T I O.

Non est inter omnes qui orare possunt, qui non velit audire, & haberi filius Dei. Omnes volunt orare: *Pater noster.* Atqui certissimura est, plurimos scipios deciperet Iudeus enim Christus negat patrem esse Deum. Ex patre Diabolo estis. Job. 8. v. 44. Et metus est ne de multis aliis idem fuerit dicturus. Hoc sciens Paulus egregie hoc loco monet, ne quis scipsum decipiat, ne erret.

Primo enim R̄omanos docet, quinam sunt filii Dei, ut ex contrario pateat, qui non sint.

Deinde maxima filiorum Dei priuilegia recenset.

## I. Pars.

Verba Pauli ita se habent: *Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.* Vbi notandum, duos esse, qui à nobis exigant debitum, alter est caro, alter spiritus, cui autem ex his

his duobus obtemperandum censet Paulus: carni ne an spiritui? Equidem caro etiam non viderur negligenda. Verum Paulus suadet hic filiis Dei, ut regi & duci se patientur à spiritu, non à carne, utpote qui debitores sunt spiritus, non carnis, cui si volunt prastare obsequia, mors illos manet.

At moriuntur etiam qui Spiritu sancto reguntur? Resp. Æterna morte pereunt Carnales. Nam opera carnis damnant.

Sed quid faciant filii Dei, cum carnem circumferant, nec etiam possint exuere? Respondebat Paulus: mortificare opera carnis spiritu, ut vivant. Non regnat peccatum, Rom. 6. v. 1. Domatur caro, 1. Cor. 9. v. 27. crucifigitur ac faciat suam voluntatem. Sicq; semper Spiritui sancto patient, Gal 5. v. 24.

Vvss. Insignis est hæc nota, & ~~ex parte~~ filiorum Dei, quod infallibile est, nimurum, si quis opera carnis perficit, si non mortificavit prauas concupiscentias, certe de Spiritu sancti ductu, & regimine gloriari non potest, dicit enim is ad veritatem, testis ipso Christo Joh. 16. v. 13. nec sinit peccare ad mortem; Qui autem Spiritum sanctum non habet, is non est Christi, Rom. 8. v. 10. E contrario autem, qui cum Paulo carnem domat, crucifigit, mortificat opera carnis, ille de presentia spiritus sancti gloriari potest, & pro certo habere, se esse ex numero filiorum Dei. Probet ergo qui quis se ipsum, utrum in fide sit, utrum in gratia Dei sit, 2. Cor. 17. v. 5.

Notandum hoc contra Caluinianos, qui dicunt Davidem adulterio pollutum retinuisse nihilominus Spiritum sanctum, & hanc suam epicuream & pestilentem sententiam simili longe turpissimo declarant: sicut enim ebrius, iniqui, usum rationis, non rationem ipsam amittit; ita Davidem pollutum adulterio, mortuus quidem egregios spiritus S. non sensisse, ipsum tamen spiritum S. interim non excusuisse garriunt. Et quid in hac sententia multi adhuc sunt securi homines, qui libipissi persuaderet,

Mm 2 nihilo-

nihilominus hominem esse Filium Dei, si maxime scele-  
rate interdum agat: At bene notanda est hæc Pauli maxi-  
ma, Filii Dei sunt qui aguntur spiritu. Nemo se decipiat.  
Non omnis qui dixerit: Domine, Matt. 7. ver. 21. Nonne  
filius patrem honorabit? Mal. 1. v. 6. Esa. 1. v. 3. Filios e-  
nutriui &c. Sed oꝝ perditam sobolem. Si ergo haec tenus te  
rexit caro, resignare debes, imo omnino fugere, & auerfa-  
ri illius dictum.

Si enim maxime iucundius tibi videatur illius regimen  
tamen dicit ad mortem: non habet talis partem in regno  
Dei, quemadmodum ea de re comminationes & peccas  
diuinae satis assidue contestantur, Rom. 8. v. 13. 1. Cor. 6. v.  
9. Gal. 5. v. 22. Eph. 5. v. 5. Col. 3. v. 5.

## II. Pars.

Maxima ergo sit cura nobis, ut simus Filii Dei. Tanta e-  
nim & talia sunt priuilegia, que vix assequi possumus.

1. Filii Dei non debent Deum timere tanquam vltorē,  
inimicum, sed possunt illum compellare patrē. Abba pater  
Rom. 8. v. 15. cum econtra ii, qui à carne ducuntur, tan-  
quam carnificem Deum refugere cogantur.

2. In tentationibus solarium habent. Nam spiritus in-  
trinsecus testificalur de nostra adoptione.

3. Et certam habent hereditatem vitæ æternæ propter  
Christum: nec tantum hereditatem paratam habent, sed  
gloriam magnam: hac vna conditione obseruata: si com-  
patiantur hic breui tempore.

Vvss. Videbimus quanta sit filiorum Dei prærogativa  
qua tota impiorum colos Diaboli proles catere & desti-  
tui cogitur.

1. Impii non audent orare: Abba pater, sed Deum sem.  
per timent vi tyrannum, fugiunt à facie illius, ut Adam ter-  
rentur semper: sciunt ipsis dictum: Non audiam vos. At-  
tollitis manus cruentas, Esa. 1. v. 15. videbo in interitu,  
Prou. 1. v. 26. absumuntur à terrore, Psal. 73. v. 19.

2. Quia in morte non habent consolationem: Spir-  
itus.

THEMATA  
m. luctus m.  
Diabolus ceter-  
erant, que  
1. Natura  
sicutur. Reg  
14. perpe  
At filii D  
in vita sunt  
lis. Rom. 8  
Similes a  
se audiunt, EC  
Psal. 14. v.  
2. In mo  
solitarii,  
per Job. 40  
nala, Psa.  
redemptor  
Stephanus  
3. Po  
initio he  
redes. Im  
glorificab  
oculis non  
indecet et  
Agite er  
ramus Ma  
dicas ultra  
Nihil enim  
tem habet  
magis bene  
et Psa. 11. v.  
ipsa prende  
non fit gian  
thorcoro

THEMA XLIV. EX NOVO TEST. 549

tus sanctus non testificatur de ipsorum adoptione, sed Diabolus terret eos, sciunt se iam esse damnatos; Ideo desperant, quemadmodum Cain, Saul, Judas, Spiera.

3. Nec habent spem ullam post mortem. Quia abite dicitur. Regnum cum Diabolo hæreditabunt, Matth. 25.  
V 4. perpetua infamia, Esa. 66. v. vlt.

At filii Dei consolationem sumiam habent. 1. In omni vita sunt intrepidi: quia sciunt nihil damnationis esse his, Rom. 8. v. i. Spe iam salvi facti sumus, Rom. 8. v. 24.

Si mala accidunt orare audent ad Deum, sciunt enim se audiri, Esa. 65. v. i. quia voluntatem timentium se facit, Psal. 145. v. 19. sciunt omnia in bonum, Rom 8. v. 28.

2. In morte sunt bono animo. Spiritus S. intrinsecus eos solatur. Quis enim accusabit? Rom. 8. v. 33 nemo rapiet. Joh. 10. v. 28. Hinc tam intrepidisunt, non timebo mala, Psal. 23. v. 4. Cupio dissolui, Philip. 1. v. 23. Scio quod redemptor, Job. 19. v. 25. Nunc dimittis, Luc. 2. v. 29. Vnde Stephanus: Video celum apertum, Act. 7. v. 36.

3. Post hanc vitam amplissimam habent paratam ab initio hæreditatem, Matth. 25. v. 34. cum Christo erunt hæredes. Imo magna gloria ornabuntur, quoniam corpora glorificabuntur, Deo similes erunt, Philip. 3. v. 21. Summa oculus non vidit, Esa. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9. delectationes in dextra tua usq; ad finem, Psal. 16. v. 11. &c.

Agite ergo charissimi demus operam, ut filii Dei reperiamus Magnum est esse filium Regis, Principis: at id non durat ultra 70. annos, & semper habet etiam sua onera. Nihil enim ex omni parte beatum: Sed Filius Dei maiorem habet gloriam, eamq; æternam. Incomparabile ergo maius beneficium, quam id terrenum. Rogemus itaque ex Psal. 51. v. 13. Spiritus sanctus tuus, &c. & si vult regere, ipsi parendum ne contristetur. Pati etiam aliquid nobis non sit graue: sine hac enim conditione Deo non visum est nos coronare. Vide Jac. 1. 12. 2. Tim. 2. v. 5.

F I N I S.

Mm 3

THE